

X 2027768

1978

M

356  
(33)

EPITHALAMIUM  
NUPTIIS  
VIRI PRÆNOBILISSIMI atque DOCTISSIMI  
DOMINI  
DN. JOANNIS HENRICI  
MICHAELIS

LYCEI, QUOD STOLBERGÆ FLORET,  
RECTORIS VIGILANTISSIMI,  
CONSECRATUM,  
IN QUO

COLLEGÆ SUO HONORATISSIMO  
DILECTISSIMO que  
PROSPERITATEM OMNIGENAM

ADPRECATUR,

JOANNES HENRICUS ELIAS CAROLI,  
CON-RECTOR.



STOLBERGÆ ad HERCYNIAM DIE IX KALENDAR. NOU.  
M DCC XLVIII.



LITTERIS EHRHARTINIS.



Kapsel 78 M 356 [33] X 2027768

EURIPIDES.

Γάμοι δ' ὅσους ἔν καθεύδει βροτῶν,

Μακάριος αἰὼν οἷς δὲ μὴ κίπτεται ἔν.

Τὰ, τ' ἴδεν εἰσὶ, τὰ, τε δύραζε δυσχεῖς. κ. τ. λ. \*



Læta dies lucet veniunt ad foedus amantes  
 Juratam thalami dantque petuntque fidem.  
 Sis agedum tenero celebrans conjugia cantu,  
 Ad noua connubii gaudia, Musa, veni!  
 Huc ades ac hilares mecum spatiare per hortos  
 Et sponsi vernis tempora cinge rosis.  
 Audior: En! dicto citius Cytharæa iuuentus  
 Cum face, cum tædis, cum fidibusque venit.

Templa petis tandem, quo firmes, Domine sponse!  
 Promisam thalami, Numine teste, fidem.  
 Sicque Deus junxit tædis illustribus omnes  
 Sic & amice venit, sponsa petita Tibi.  
 Nam Deus instituit socialia foedera lecti  
 Codicis vt sancti pagina prima docet. *Gen. 11.*

Ipsè

\* i. e. Quicunque faulhis vincuntur nuptiis, his læta vita est. Sors quibus cecidit fecus, nil nisi miseria restat & foris & domi. Illustre hoc encomium bonæ mulieris. Licet Euripides iniquior fuerit in muliebri genus, tamen illum felicem prædicat; qui talem sociam nactus sit. His respondent e diametro illa Hesiodi, quæ latine ita sonant: cui nuptiarum contigerit conditio, pudicam vero habuit coniugem, sapientem, huic perpetuo malum cum bono certat esse. Qui vero adeptus fuerit nocentis generis feminam: viuunt in pectore gestans perpetuum moerorem animo & corde, & immedicabile malum est.



Ipse licet stygius Belial connubia carpat  
Sunt tamen æterni foedera casta Dei.  
Adjutrix, inquit, per nos formetur Adamo Gen. 11, 13.  
Solamen focio dulce futura viro.  
Vix ait, & costam de corpore sumit Adami,  
Ex istaque Chauæ membra decora creat.  
Quo obtineas fidam comitem sociamque laborum,  
Consortem recti participemque mali;  
Cum tali jam Tu dextras coniungere studes,  
Nam leue fit, plures quod patiuntur, onus.  
Cumque suo, coniux gaudet doletque, marito  
Sarcina sic melius fertur vtraque manu.  
Sic vobis arctus amor fit, fido pectore manans,  
Mutuus, æqualis, suspicione carens.  
Omnia sunt fidis communia semper amicis,  
Hoc in coniugio debet adesse Tuo.  
Nam sunt imprimis iuncti vir & vxor amici,  
Est hic amicitia summus in orbe gradus.  
Dilige, sponse! Tuam magno conamine sponsam  
Et Tibi nil illa carius esse finas.  
Perconstans charitas prorsus nil sentit amari  
Jucundum dulce est & leue quidquid agit.  
Maxime cum Numen summum metuitque colitque  
Laudibus efferri foemina promerita est.  
Non huius lampas oleo flammante carebit  
Non extinguetur nocte lucerna vigil. Prov. XXXI, 13.  
Sitque fides semper Tibi constans ac amor ingens  
Quo æternus colitur diligiturque Deus.

Sic

Sic quid agis quidquid statuis dextra, ille, fideli  
Diriget & subitam suppeditabit opem.  
Quin quoque quod fore non faustum in felixque putabas,  
Præter spem fausto sine beabit opus,  
Et mala conuertet Bonus in bona; quippe ferentes  
Dura, Dei causa, præmia certa manent.  
Non curas ventum atque niues nimiosque calores  
Si pressant humeros pondera dura scholæ;  
Nam prope semper adest Deus & tutatur amicos  
Auxilii que inopes non finit esse suos.  
Sic eris vt Libani florens in culmine cedrus  
Diffundens quaqua multiplicansque comas.  
Viuite nunc læti, concordēs, & mea vota,  
Quæ cecini, clemens audiat ipse Deus.





X 2027768

1978

M

356  
(33)

# EPITHALAMIUM NUPTIIS

VIRI PRÆNOBILISSIMI atque DOCTISSIMI  
DOMINI

ANNIS HENRICI  
MICHAELIS

MOD STOLBERGÆ FLORET,  
ORIS VIGILANTISSIMI,  
CONSECRATUM,

IN QUO

E SUO HONORATISSIMO  
ELECTISSIMOque


PERITATEM OMNIGENAM  
ADPRECATUR,

HENRICUS ELIAS CAROLI,  
CON - RECTOR.

ad HERCYNIAM DIE IX KALNDAR. NOU.

.M DCC XLVIII.

LITTERIS EHRHARTINIS.



[33] X 2027768